Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26370
Copyright: Admont, Benediktinerstift

aliquos ibidem predicando xpo acquirere possent. Erant autem ambo
sic deuotionis sic et uocabuli. Nam utrique eorum appellabatur heuuald. ea tam
distinctione ut prouisa capillorum specie unum niger heuuald alterum alb
heuuald diceretur. Quorum utrique pietate religionis imbuti. Sed niger heu
uald magis sacrarum litterarum erat scientia instructus. Quemcumque
in prouincia intuuerint hospicium cuiuslibet uellici petierint. ab eo ut eos
mitterent ad satrapam qui super eum erat. eo quod haberent aliquid lega
tionis et causae utilis quod deberent ad illum proferre. Nam autem habent
regem idem antiquissimum. sed satrapas plurimos sue genti preposito.
qui ingruente belli articulo mittunt equaliter sortes. et quem
cuique sors ostendit. hunc tempore belli ducem omnes sequuntur. huic ob
temperant. pacto autem bello rursum equat potentiae omnes fiunt
satrapae. Suscepto igitur eos uellicus. et permittens se mittere eos ad satra
pam qui super se erat ut petebant. aliquot diebus secum retinuit. Quem cum
mirarentur barbaris. quod essent alterius religionis. nam et psalmis sem
perque orationibus uacabant. et cotidie sacrificium domino uictime salu
taris offerebant. habentes secum uasculum sacra et tabulam altaris
luce dedicatam. suspectis habiti. et si peruenirent ad satrapam
loquerentur cum illo. auertere eum illum a diuis suis. et ad nouam
christiane fidei religionem transferrent. sicque paulatim omnes eorum
prouincia. uetere cogeretur nouam mutare cultura. Itaque ra
pueri eos subito et interemerunt. album quidem heuualdum
uelocis occisione gladii. nigrum autem heuualdum longis sup
pliciis cruciatum. et horrida membrorum omnium discerp